



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 6. Incomprehensibile diuinæ bonitatis Iudicium esse, in mysterio
Incarnationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

ly Israel , quia iudicium Domino cum habitatoribus terrae non est enim veritas , non est misericordia , & non est scientia Dei in terra . Maledictum & mendacium , & homicidium , & furtum , & adulterium inundauerunt , & sanguis sanguinem tetigit : Quid hæc scelera , apud diuinum tribunal , commeruere ? Mox subiungit : Propter hoc lugabit terra , & infirmabitur omnis , qui habitat in ea . Propter hoc pestes , bella , & totos fulminum milliones , atque æterna , in Tartaro ; incendia Mundus meruisset . Siquidem eramus natura filii iræ . Deus autem , qui dñus est in misericordia , propter nimiam charitatem suam , qua dilexit nos , & cum essemus mortui peccatis , conuinicauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit , concedere fecit in cœlestibus , in Christo I E S V : ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ , in bonitate , super nos , in Christo I E S V .

Ibid. p. 3.
Ephes. 2.
4.

§. VI.

Incomprehensibile diuinae bonitatis iudicium
esse , in mysterio Incarnationis .

Titus Vespasianus , ob eximias animi do-
tes , olim dictus est , Amor & delicia generis
humani . Christo hoc elogium debetur , cui

Suetonius
in Vespasi-
an. c. 9.
Psal. 17. 8

C 2 longe

36 Cap. II. Desertis succurrere Deum

longè rectius dicitur : *Diligam te Domine , fortitudo mea : Amor meus , deliciæ meæ , qui diligis etiam odientes te.* Nam qui hinc non discit admirari judicia , amare bonitatem , & sperare misericordiam immensam omnipotentis Dei, nusquam discet. *Quis nō obstupescat iudicium Numinis peccatores amantis , & in tantum amantis ? Bonum est , quod amare solemus: quod pulchrum , quod formosum, quod eruditum, quod pretiosum , quod nobile , quod jucundum , in summa, quod bonum est , amamus.* *Quid , in homine tunc deformissimo , pulchrum ? quid , in fœdissimo peccatore , formosum ? quid , in tantis ignorantiae tenebris & umbra mortis sedente , eruditum ? quid sapiens ? quid , in vilissimo diaboli mancipio , preciosum ? quid , in titione Inferni , nobile ? quid , in tanta animi amaritudine , iucundum inueniebatur , quod Deus amaret ? Peccato contaminati , justo iudicio , in protoplasto , damnati , cæci , miseri , abiecti eramus ; & tamen etiam tunc *Sic Deus dilexit mundum , ut Filium suum unigenitum daret.* Non capit hoc ratio humana , excedit tam grande mysterium mortalium intelligentiam ; sed non excedit increatam bonitatem . *Quidquid**

Ioan. 3.
16.

quid in Deo est , immensum est , ergo & im-
mensam decet esse charitatem . Rursusque
immensa charitati conuenientissima est im-
mensa misericordia , & immensa sui com-
municatio , quæ , in Dei Verbo , pro homi-
ne , humanam naturam induente , nobis est
manifestata . Dederat Agesilaus rex ingens
donum cuidam plebeio , quod cum ille vere-
cundè recusaret , dicens : *Hoc esse nimis ma-*
gnum pro se , respondit rex : *At non est ma-*
gnum nimis , pro Agesilao . Ad eundem mo-
dum , *Deus , qui dives est , in misericordia , pro-*
ppter NIMIAM (id est , valde magnam , aut
NIMIAM respectu hominum tam misero-
rum & indignorum , nō autem respectu Dei
immense boni) *charitatem suam , qua dile-*
xit nos , & , cum essemus mortui peccatis , con-
niuificauit nos , in Christo . Itaq; turpes ama-
uit , vt pulchros efficeret : deformes amauit ,
vt faceret formosos ; insipientes amauit , vt
redderet sapientes : viles amauit , vt precio
sanguinis sui efficeret preciosos : mancipia-
amauit , vt reponeret in libertatem : inopes
amauit , vt diuitijs & thesauris cœlestibus
locupletaret : miseris & miserabiles ama-
uit , vt ad æternam gloriam , felicitatemq;
perduceret . *Nemo* igitur , cum hanc cha-

C 3 rita-

38 Cap. II. Desertis succurrere Deum

ritatem cogitat , amorem humanum cogitat , qui fundum habet ac terminos , & , si hic comparetur , velut fumi umbra est . Alia est amoris diuini profunditas , alia celsitudo , alia nobilitas alia excellentia , qua omnem creatam charitatem infinites transcedit . Homo amat id , quod est bonum , atque ita hominis amor fundatur in obiecto , quod reperit ; Deus obiectum amando creat , amando enim facit bonum ; ut adeo ratio amandi , non in obiecto amato necesse habeat fundari , sed saepe in solo Deo amante existat . Siquidem , ut scribit S. Diony-
S. Diony-
nus lib. de
diuin.
Nomin.

us , idcirco Deus amat , ut sua bona malis communicet , amoremq; suum in ipsos hostes transfundat , atque ita ex inimicis amicos , ex aduersarijs filios heredesque faciat . Quod , quo quisque maiores fecit in charitate progressus , amoremq; habet arditiorem , eò impensis imitatur , diligitanque & ipse inimicos suos , non quia boni sed quia ipse bonus , communicata bonitate sua , è malis , vult bonos facere , eosque sibi assimilare . Etsi autem conatum maximum adhibeat , infinito adhuc , à Dei amatis charitate , distabit interuallo : adeo , ut etiam de Seraphico aliquo amore , & eo , qui Dei est , dici possit :

Pro-

Proximus hinc, longo sed proximus inter-
nallo.

Et tamen mandatum est, ut, etiam in hac tam ardua virtute, Deum imitemur. Nam antè, quam Christus diceret: *Estote ergo vos perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est;* præmisit, in quo perfecti esse debeamus, adeoque in qua re cœlestis pater à nobis imitandus, perfectus sit, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: Oorate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis est: qui sole suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos.* Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et, si salutane- ritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Aliter Pater vester cœlestis, cuius perfectio vobis imitanda proponitur, fecit; ille ita bonus est, ut etiam malos amet, nec filium tantum diligat morigerum; sed prodigum quoque, qui omnia sua cum meretricibus dissipauit, amplectatur peregrè redeuntem. Hoc inquam, argumento, qui non discit amare ac imitari diuinam bonitatem, nullo discet. Sed & sperare discunt vel sceleratissimi pec-

Matth. 5
48.

Luc. 15
20.

40 Cap. II. Desertis succurrere Deum

catores'. Sint homicidæ, sint parricidæ, sint sacrilegi, sint mille diabolis proprij sanguinis chirographo obstricti, ac mancipati; sit, qui tot flagitijs tantisque solus, quot & quanta à condito orbe, per omnes vel Angelos, vel homines sceleratos, sunt perpetrata, cooperiatur, tamen diuina bonitas maior, charitas grandior, misericordia efficacior est, quia infinita. Quare, sicut scintillam extinguit Oceanus, ita hæc omnia crima delere potest diuinæ bonitatis, misericordiæ & charitatis, nulla vñquam malitia aut magnitudine, aut multitudine, exhauriendus thesaurus. Ut quid ergo ullus est peccator; qui de venia desperet? ut quid adeò ullus mortalium est excors, vt non vñtatur, per poenitentiam, thesauro tantæ bonitatis, misericordiæ, & charitatis? Planè qui hæc rectè credit, non desperat; & quisquis desperat, non rectè credit.

§. VII.

Passio Christi, & S. Spiritus missio, quantum beneficium?

Spei fiduciæque huic addit ingens incitamentum S. Spiritus missio, tot secum dona è cœlo trahens. Magnum quid esset, si is in Dei Matrem, si in Apostolos, si in simplices,